

Proinde^a regali iubemus potentia, ut idem iam dictus Kuno et omnes eius posterī tali lege ac libertate deinceps perfruantur, qualem ceteri manumissi huc usque eodem modo a regibus liberi facti tenuerunt. Et ut haec nostrae concessionis ingenuitas firma stabilisque permaneat, hanc cartam inde conscribi et sigillari praecepimus.

Liutulfus cancellarius advicem Uuillihelmi archicappellani^b recognovi.

Data XVII. [kal.] sept.^o anno dominicae incarnationis DCCCC LXVI^d, indictione VIII, anno regni domni Ottonis VI; actum Wormatia; in domino feliciter amen.^e P. K.

^a) oder Unde ^b) so schrieb damals in der Regel die Kanzlei statt archicancellari der Übersetzung ^c) 16. tag Augusti ^d) 976 ^e) amen fehlt.
